

1622. 14. Aug.

627

114

Stanislaus Lubien. Valen-
tino Seidelio & Societate Jesu sacrae
reginalis Maestatis a saeculis confessionibus
Uigero isthuc ad huc memoriam meam et si non apud
omnes certe apud reverentiam vestram, cuius perpetuum
erga me amorem ac singularem animi propensio-
nem semper sum expertus, omnino mihi persua-
deo, haec felix fiducia, ex meo isto monasterio
angulo saluto reverentiam vestram. Vitam huc qui-
dem, nisi negotia forensesque lites interdum me
caecitent, vivo tranquillam remotam acuris illis
majoribus, quibus haecenus assueveram. Sed
praesens vobis status magis placet animo meo
si modo frui eo licebit et huc occupationibus,
quae magis digne videntur functione mea,
religum aetatis impendere. Licebit autem si Deus
et ii, quibus secundum Deum omnia me debere
profiteor, voluerint, nam neque quies ista nec
ulla alia res tanti est apud me ut hae volun-
tati serenissimi regis et dñi mei anteponam,
ea me merito semper fore, cum ad aula discede-
rem, et regis Mat. et inter alio reverentia vobis
pollicitus sum. Hec et haecbitque semper in animo
meo maximorum, beneficiorum, quae a serenissi-
ma regia Mat. in me collata sunt memoria
Me quidem ipsum non est cur commendem, re-
verentia vobis, scio illam semper favisse nomi-
ni et honori meo. Rndum dñum Gaiemnicki

Canonium Vavaviensem necessarium meum
diligentissime commendo. reverentia vestra, plus
quam uno anno sciente et volente regia M^{te}
fratris mei viceis in salinaria praefectura
obivit summa cum laude nota mihi est mode-
stia sacerdotis istius, sotes preterea animi
ad omnem sacerdote dignam, functionem
sustinendam preclara, nihil ille in pre-
sentia a regia M^{te} petit, quod quispiam
illi invidere possit honoris titulum petit,
ut inter regio secretarios referatur, sed regia
Majestas non modo immeritis, sed ignotis
etiam id largiri, tanto magis huius qui in ob-
sequiis principis specimen dedit industriae
suae is locus patere debet, patebit autem
si reverentia v^{ra} una cum aliis qui hon-
ori ipsius apud regiam maiestatem suffra-
gari sunt, eo quoque studium suum
contulerit, Quod ut faciat maiorem in modum
peto. 1622. die 4. Augusti